69
1 F
4

Petronij Arbitri: quatenus extare comperitur, Satyræ fragmentum, cuius vel hoc vnum diſtichon, quod nemini doctiorum non eſt in ore, ęſtimationem indicat, & precium.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura,
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Venundatur in via Iacobęa ab Reginaldo Chal=
derio, ſub ſigno ſylueſtris hominis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

18-a-8

-7.D.28.

¶PETRONII ARBITRI Satyrici fragmenta. QVAE EXTANT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM alio genere furiarum declamatores inquietant̃,qui clamant, hęc vulnera pro libertate publica excepi,hũc oculũ pro vobis ĩpẽdi,date mihi ducẽ q̃ me ducat ad liberos meos, nã ſuccisi poplites mẽbra nõ ſuſtinent.hęc ipſa tolerabilia eſſent,ſi ad eloquentiã ituris viam facerent.nũc et reꝝ tumore,ſententiarũ vaniſſimo ſtrepitu,hoc tantũ proficiũt,vt cũ in foꝝ venerit, putent ſe in aliũ terrarũ orbẽ delatos.Et ideo ego adoleſcẽtulos exiſtimo ĩ ſcholis ſtultiſſimos fieri, q̃a nihil ex iis quæ ĩ vſu habem⁹ aut audiũt aut vidẽt. ſed piratas cũ cathenis in littore ſtãtes,et tyrãnos edicta ſcribẽtes,q̃bus imp̃ent filiis vt patrũ ſuoꝝ capita præcidant. ſed reſponſa in peſtilentiã data,vt virgines tres aut plures imolent.ſed mellitos verboꝝ globulos, et oĩa dicta factaq; quaſi papauere et ſanſuco ſparſa. Qui inter hæc nutriuntur,nõ magis ſapere poſſunt,q̃ bene olere,q̃ ĩ culina habitant. Pace veſtra liceat dixiſſe,primi oĩum eloquentiam perdidiſtis.leuibus.n.atq; inanibus ſonis ludibria quædam excitando,effeciſtis,vt corpus orationis eneruaretur,& caderet.Nondũ iuuenes declamationibus cõtinebantur,cum Sophocles aut Euripides inuenerunt verba quibus deberent loqui.nondum vmbraticus doctor ingenia deleuerat,cum Pindar⁹ nouemq; ly

rici homericis verſibus canere timuerunt. et ne poetas ſolum ad teſtimonium citem, certe neq; Platona neq; Demoſtenem ad hoc genus exercitationis acceſſiſſe, & iam grandis et velut, vt ita dicam, pudica oro non eſt maculoſa nec turgida, ſed naturali pulchritudine exur=git. Nuper ventoſa et enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigrauit, animos iuuenum ad magna ſurgen tes veluti peſtilenti quodam ſidere afflauit. Simulatq; corrupta eloquentiæ regula ſtetit et obmutuit, quis po=ſtea ad ſummam Tuchiditis quis Hyperidis ad famam proceſſit? Ac ne carmē quidem ſani coloris enituit. ſed omnia quaſi eodem cibo paſta non potuere vſq; ad ſe=nectutem caneſcere Pictura quoq; non alium exitum fe cit, poſtq̄ ægyptorum audacia tam magnæ ætatis com=pendiariam inuenit. Non paſſus Agamemnon me diu=tius declamare in porticu, q̄ ipſe in ſchola ſudauerat. ſed adoleſcens inquit quoniam ſermonem habes non publi ci ſaporis, et ꝙ rariſſimum eſt amas bonam mentem, non fraudabo te arte ſecreta. nimirum in his exercitatio nibus doctores peccant, qui neceſſe habent cum inſani=entibus furere, Nam qui dixerint quæ adoleſcētuli pro bent, vt ait Cicero ſoli in ſcholis relinquentur, ſicut ficti adulatores cum cœnas diuitum captant, nihil prius me=ditantur, q̄ id ꝙ putant gratiſſimum auditoribus fore, nec enim aliter impetrabunt ꝙ petunt, niſi quaſdam in=ſidias auribus fecerint, ſic eloquentiæ magiſter niſi tāq̄ piſcator eam impoſuerit hamis eſcam q̄ ſcierit appetitu ros eſſe piſciculos, ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo. Quid ergo eſt? parētes obiurgatiōe digni, q̄ nolunt libe ros ſuos ſeuera legē proficere. Primum.n.ſicut oīa, ſpes

quoq; ſuas ambitioni donãt. deide cũ ad vota properãt, cruda adhuc ſtudia i forũ ipellunt, quã nihil eſſe magis cõfitet̃ pueris induunt adhuc naſcẽtibꝰ. Quod ſi paterẽtur laborũ gradꝰ fieri, vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera irrigarentur, vt ſapiẽtię pręceptis aïos cõponerent, vt verba atroci ſtilo effoderẽt, vt ꝙ vellẽt imitari diu audirent, ſibi nihil eſſe magnificum ꝙ pueris placeret, iã illa grandis oratio haberet maieſtatis ſuæ põdꝰ. Nũc pueri i ſcholis ludũt, iuuenes ridẽtur i foro, et ꝙ vtroq; turpiꝰ eſt, ꝙ quiſq; perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult. Sed ne me putes improbaſſe ſtudium Luciane improbitatis, quod ſentio et ipſe carmen effingam.

ARtis ſeueræ ſi quis amat effectus,
Mentẽq; magnis applicat, prius more
Frugalitatis lege polleat exacta.
Nec curet alto regiam trucem vultu,
Cliensq; cœnas impotentium captet,
Nec per dictis abditus obruat vino
Mentis calorem, neue plauſor in ſcæna
Sedeat redemptus hiſtrionea addictus.
¶ Sed ſiue armigeræ rident tritonidis arces
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenumq; domos, det primos verſibus annos,
Mæoniumq; bibat felici pectore fontem.
Mox et ſocratico plenus grege imitet habenas
Liber & ingentis quatiat Demoſthenis arma.
Hinc romana manus circunfluat. & modo graio
Exhonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem.
Interdum ſubducta foro det pagina curſum,
Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.

Dent epulas et bella truci memorata canore
Grandiaq; indomitti Ciceronis verba minentur.
His animum ſuccinge bonis.ſic flumine largo
Plenus pierio diffundes pectore verba.

Dum hoc diligentius audio,non notaui mihi Aſcylti fugam.et dũ i hoc dictorum æſtu in hortis incedo, ingẽs ſcholaſticorũ turba i porticũ venit, vt apparebat ab extẽporali declamatiõe.Neſcio cur quis Agamennonis ſuaſoriã excepit.Dum ergo iuuenes ſẽtẽtias ridẽt,ordineq; toti⁹ dictiõis infamãt,opportũe ſubduxi me,& curſim Aſcytan perſequi cœpi.ſed nec viam diligenter tenebam, quia nec quo ſtabulum eſſet ſciebã. Itaq; quocũq; ieram eodem reuertebar.donec et curſu fatigatus,et ſudore iam madens,accedo aniculã quandam,quę agreſte olus vendebat.et rogo inq̃ mater nunqd ſcis vbi ego habito.Delectata illa vrbanitate tam ſtulta,et qd niſciã iquit,cõſurrexitq; et cœpit me pręcedere.Ducturã ego putabã;,et ſubinde vt in locum ſecretũ venimus ,centonem anus vrbana iniecit.et hic inquit debes habitare.

Cum ego negarem me cognoſcere domum, video quoſdam inter viculos nudaſq; meretrices furti conſpatiantes.Tarde imo iam ſero intellexi me in fornicem eſſe deductũ,execrat⁹ itaq; aniculæ inſidias operui caput,et per mediũ lupanar fugere cœpi i aliã partẽ.Cũ ecce i ipſo aditu occurrit mihi ęque laſſus ac moriens Aſcylta putares ab eadẽ anicula eẽ deductũ.itaq; vt ridẽs eũ cõſalutaui,qd i loco tã deformi faceret q̃ſiui.Sudorẽ ille mãnib⁹ deterſit.& ſi ſcires iquit quę mihi acciderunt. Quid noui inq̃ ego? At ille deficiẽs,cũ errarẽ inqt ꝑ totã ciuitatẽ,nec iuenirẽ quo loco ſtabulũ reliqſſẽ,acceſſit ad me pater familiæ,et ducẽ ſe itineris humaniſſime ꝓmiſſit.

anfractus deinde obſcuriſſimos egreſſus, in hũc locum
me perduxit, prolatoq; pecuoc cœpit rogare ſtuprum.
iam ille mihi iniecerat manũ, et niſi valentior fuiſſem,
dediſſem pœnas. cum ego proclamarẽ, gladiũ ſtrinxit,
et ſi Lucretia es inquit Tarquinium inueniſti.

Quid faciant leges vbi ſola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi qui cynica traducunt tempora cœna,
Nonnunquam nummis verba ſolent emere.
Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces,
Atq; eques in cauſa qui ſedet, empta probat.

¶ Vtiq; noſtra regio tã pręſentibus plena numinibꝰ, vt
facilius poſſis deum quam hominem inuenire.

Contemni turpe eſt, legem donare ſuperbum.
Hoc amo quod poſſum qualibet ire via.
Nam ſane et ſapiens contemptus iurgia flectit.
Et qui non iugulat, victor abire ſolet.

Hodie enim poſt aſellum diaria non ſumo.
Cur non deuirginatur Panichidis noſtra?

¶ Obſtupui ego, et nec Gytona verecũdiſſimũ pueꝝ ſuf
ficere huic petulãtię affirmaui, nec puellã eiꝰ ętatis eſſe,
vt muliebris patiẽtię legẽ poſſet accipe. Itaq; iqt Quar=
tilla minor ẽ ꝗ̃ ego fui cũ virũ paſſa ſũ. Iunonẽ meã irri=
tatã hẽam, ſi me vnꝗ̃ memineri virginẽ fuiſſe. nã infãs
cũ paribꝰ inq nata ſũ, et ſubide prodeuntibꝰ ãnis maiori
bꝰ me pueris applicui, donec ad hãc ętatẽ perueni. Hinc
ẽt puto natũ prouerbiũ illud dictum vt poſſit tauꝝ tol=
lere quę vitulum ſuſtulerit. Igit̃ ne maiorẽ iniuriã i ſcor
to frater acciperet, cõſurrexi ad officiũ nuptiale. puellæ
caput inuoluerat flãmeo iam ẽbaſico ętas pręferebat fa=
cem. Iã ebriæ mulieres longũ agmen plaudẽtes fecerũt.

thalamūq; iceſta exornauerūt veſte. Tū Quartilla iocā
tiū quoq; libidine acceſa et ipſa ſurrexit, correptūq; Gy
tona in cubiculū traxit. Sine dubio nō repugnauerat pu
er, ac ne puella quidē triſtis expauerat nomen nuptiarū.
Itaq; cū incluſi iacerēt cōcedimꝰ ante limen thalami. Et
iprimis Quartilla ꝑ rimā iprobe applicuerat oculū curi
oſū, luſūq; puerilē libidinoſa ſpeculabaꝛ diligentia. me
quoq; ad idē ſpectaculū lēta manu traxit. et q a cōſiderā
tiū hęſerāt vultꝰ qcq d a ſpectaculo vacabat cōmouebat
obiter labra, et me tāq̄ furtiuis ſub ide oculis verberabat.
¶ Cōprobamꝰ factū, varioq; ſermōe garrimꝰ. et poeta=
rū cœpit eſſe mentio, diuq; ſūma carminis penes Morſū
thracem memorata eſt, donec Trimalchio, rogo inquit
magiſter quid putes inter Ciceronē et Publiū intereſſe.
Ego alterum puto diſertiorem eſſe, alterum honeſtiorē
quid enim his melius dici poteſt:

Luxurie rictu Martis marcent mœnia.
Tuo palato clauſus pauo naſcitur
Plumato amictus aureo babylonico.
Gallina tibi numidica, tibi gallus ſpado.
Ciconia etiam grata peregrina hoſpita
Pietatis cultrix gracilis pes et tota liſtria.
Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis
Nequiciæ nidum in cacabo fecit meo.
Quo margarita cara tribaca iudica
An vt matrona ornata faleris pelagus
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo
Smaragdum ad quam rem viridem precioſum vitrum
Quo carchedonios optas ignes lapideos
Niſi vt ſcintillet probitas eſt carbunculus

Equum eſt inducere nuptam ventum textilem
Palam proſtare nudam in nebula lunæ.
Nomen amicię ſi quatenus expedit hæret:
Calculus in tabula nobile ducit opus.
Cum fortuna manet vultum ſeruatis amici,
Cum cecidit turpi vertitis ora fuga.
Grex ait in ſcęna mimum pater ille vocatur,
Filius hic nomen diuitis ille tenet,
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Nec diu tũ lachrimis idulſi, ſed verit⁹ ne Menela⁹ ẽt aut Scolanius iter cętera mala ſolũ me i diuerſorio inueniret collegi ſarcinulas, locũq; ſecretũ et ꝓximũ littori mœſtus conduxi. ibi triduo incluſa redeũte in aium ſolitudine atq; contemptu verberabã ægrum plãctib⁹ pectus.

Qui pelago credit magno ſe fœnore tollit.
Qui pugnas et caſtra petit pręcingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro
Et qui ſollicitat nuptas ad pręmia peccat.
Sola pruinoſis hæret facundia pannis
Atq; inopi lingua deſertas inuocat artes.

Non dubie ita eſt. ſed qui vitioꝝ oium inimic⁹ rectum iter vitæ cœpit inſpicere. primũ ꝓpter moꝝ differentiã odiũ hẽt. qs. n. põt probare diuerſa? deide q ſola extruere diuitias curant, nihil volunt inter hoies meli⁹ credi q̃ ipſi tenẽt. Iactantur itaq; quacũq; poſſunt litteraꝝ amatores, vt videantur illi quoq; infra pecuniam poſiti.

Priſcis. n. temporib⁹ cũ ad huc nuda virt⁹ placeret, vigebant artes igenuę, ſũmũq; certamen inter homines erat, ne q d profutuꝝ ſęculis diu lateret. Itaq; hercula alis ge=

nera herbarũ oim ſuccos Democritꝰ expreſſit.et ne la=
pidũ virgultorumq; vis lateret,ætatẽ inter exꝑimenta cõ
ſumpſit.Eudoxꝰ quidem in cacumen excelſiſſimi mon
tis cõſcendit,vt aſtroꝝ cæliq; motꝰ deꝑhẽderet.et Chry
ſippus vt ad inuentionẽ ſufficeret,ter elleboro aĩum de=
terſit.Verum vt ad plaſtas reuertar,ſtatuæ vnius linia
mentis inhęrẽtẽ inopia extinxit.et Myron qui pene ho=
minum aĩas ferarũq; ære cõpręhendit nõ inuenit hęre=
dem.At nos vino ſcortiſq; demerſi ne paratas quidẽ ar
tes audemꝰ cognoſcere.ſed accuſatores iniq̃tatis,vitia
tamẽ docemꝰ et diſcimus.Vbi eſt dialectica? vbi aſtro=
nomia? vbi ſapientiæ conſultiſſima via? quis inq̃ venit in
tẽplũ,et votũ fecit ſi ad eloquẽtiã ꝑueniſſet? q̃s ſi philo
ſophiæ fõtẽ attigiſſet? ac ne bonã quidẽ valitudinẽ pe=
tunt,ſed ſtati anteq̃ limen capitolii tangant,aliꝰ donum
promittit ſi propinquũ diuitem extulerit,aliꝰ ſi theſau=
rum effoderit,aliꝰ ſi ad trecẽties ſexterciũ ſalmis perue
nerit.Ipſe ſenatꝰ recti honeſtiq; præceptor mille põdo
auri capitolio promittere ſolet,et neq̃s dubitet pecuniã
cõcupiſcere,Iouẽ quoq; peculio exorat.Noli ergo mira
ri ſi pictura deficit,cũ oĩbus diis hoĩbuſq; formoſior vi=
deatᷣ maſſa auri,q̃ q̃cq̃d Apelles Phidiaſq; gręculi deli
rãtes fecerunt.ſed video te totũ i illa hęrere tabula,quæ
troiæ haloſin oſtẽdit,itaq; conabor opꝰ verſibꝰ pãdere.

Iam decima mœſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meſſis,et vatis fides
Calcantis atro dubia pendebat metu.
Cum delio pręſante ferro cæſi vertices
Idæ trahuntur,ſciſſaq; in molem cadunt
Robora,minacem,quę figurabant equum.

Aperitur ingens caſtrum,et obducti ſpecus
Qui caſtra caperent.huc decenni prælio
Irata virtus abditur.ſtipant graues
Receſſus danai,et in voto latent.
O patria pulſas mille credidimus rates,
Solumq; bello liberum:hoc titulus fero
Intus hęc ad fata compoſitus ſinon
Firmabat,& mēdacium in damnum potēs.
Iam turba portis libera ac bello carens.
Iam vota properant.fletibus manant genę,
Mentiſq; pauidę gaudium lachrimas habet,
Quas metus abegit.nanq; Neptuno ſacer.
Crinem ſolutus omne Lacoon replet
Clamore vulgus,mox reducta cuſpide.
Vteri notauit fata.ſed tradunt manus,
Ictuſq; reſilit,et dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidā manum.
Altaq; bipenni latera pertentat.fremit
Captiua pubes intus,et dum murmurant
Robora,moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta dum troiam capit,
Bellumq; totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra,celſa qua tenedos mare
Dorſo repleuit,tumida conſurgunt freta,
Vndaq; reſultat,ſciſſa tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur,cum premunt claſſes mare,
Pulſūq; marmor abiete impoſita gemit,
Reſpicimus angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus.tumida quorum pectora

Rates vt aliæ lateribus ſpumas agunt.
Dat cauda ſonitum. liberæ ponto iubæ
Conſentiunt luminibus. fulmineum iubar
Incendit æquor, ſibiliſq; vndę tremunt.
Stupuere mentes. infulis ſtabant ſacri
Phrygioq; cultu gemina nati pignora
Laconti, quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci. paruulas illi manus
Ad ora referunt. neuter auxilio ſibi,
Vterq; fratri tranſtulit pias vices,
Morſq; ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberûm funus parens
Infirmus auxiliator. inuadunt virum
In morte paſci, membraq; ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras victima,
Terramq; plangit. ſic profanatis ſacris
Peritura troia perdidit primum deos.
Iam plena phœbo candidum extulerat iubar
Minora ducens aſtra radianti face;
Cum inter ſepultos priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra, & effundunt vires.
Teatant in armis ſe duces, ceu vbi ſolet
Nudo remiſſus theſſali quadrupes iugo
Ceruicem & altas quatere ad excuſſum iubas.
Gladios retractant, commouent orbes manus,
Bellumq; ſumunt. hic graues alius mero
Obtruncat, et continuat in mortem vltimam
Somnos, aꝺ aris alius accendit faces,
Contraq; troas troia inuocant ſacra.
O felicē inquit matrē q̄ te talem peperit. macte virtute

eſto. rarā facit mixturā cū ſapiētia forma. Itaq; ne putes
te tot verba perdidiſſe, amatorem īueniſti. Ego laudes
tuas carminibus implebo. Ego pædagogꝰ et cuſtos etiā
nō iuſſeris ſequar. nec iiuriā circlopiꝰ accipit aliū amat.
Profuit etiā Eumoſ miles ille qui mihi abſtulis gladiū
alioquin quoq; aium quē aduerſus Aſcyltan ſumpſerā,
i Eumolpi ſanguinē exercuiſſē. nec fefellit hoc Gytona,
itaq; extra cellā proceſſit tāq̄ aquam peteret. Iram itaq;
meā prudēti abſētia extixit. Paululū ego ītepeſcēte ſęui
cia Eumolpe inq̄ iā malo vel carminibꝰ loquaris, q̄ eiꝰ
nomine tibi nota proponas, & ego iracundus ſum tu li=
bidinoſus. Vide quā non cōueniat his moribꝰ. putas igi
tur me furioſū eſſe, reddo inſaniæ fidē, ocius foras exi.
¶ Dū hęc famula iter amātes ludit, diuerſitor cū parte
cœnulę interuenit, contēplatꝰq; fœdiſſimā volutationē
iacentiū, rogo inquit ebrii eſtis, an fugitiui, an vtrumq;?
quis aūt grabatum illū erexit? aut q̄d ſibi tā furtiua mo=
litio? Vos me Hercules ne mercedē cellę daretis, fugere
nocte in publicū voluiſtis, ſed non impune. iam. n. faxo
ſciatis non viduę hanc inſulā eſſe, ſed Marci Manicii.
Exclamat Eumolpꝰ etiā minaris? ſimulq; os hois palma
excuſſiſſima pulſat. ille tot hoſpitū potionibꝰ liberū vr
ceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt, ſoluitq;
clamātis frōtē, et de cella ſe proripuit. Eumolpꝰ cōtūe
lię impatiēs rapit igneū cādelabrū, ſequitq; abeuntem,
et creberrimis ictibus ſupciliū ſuū vīdicat. Fit cōcurſus
familię hoſpitumq; ebriorꝝ frequentia. ego aūt nactꝰ oc
caſionē vīdictę Eumolpum excludo, redditaq; ſcortillo
vice ſine æmulo ſcilicet et cella vtor et nocte. Interi co=
ctores iſulariiq; mulctāt excluſū, et alius veru eſtis ſtri

dentibus plenū i oculos eius intētat. alius furca de carna
rio rapta ſtatū prœliantis cōponēt. anus præcipue lippa
ſordidiſſimo præcīcta linteo ſolers, in par viribus impo=
ſuit, canem ingentis magnitudinis cathena trahit, inſti=
gatq; in Eumolpum. ſed ille candelabro ab omni ſe pe=
riculo defendebat. Videbamus nos omnia per foramen
valuæ, q́ paulo ante auſa hoſtialis rupta laxauerat, faue
bamq; ego vapulanti. Gyton autem non oblitus miſe=
ricordiæ ſuæ reſerandum eſſe hoſtium ſuccurrendumq;
periclitanti cenſebat. ego durante adhuc iracundia non
continui manus, ſed caput miſerantis ſtricto acuto arti=
culo percuſſi. Et ille flens quidem concedit in lecto. ego
autem alternos opponebam foramini oculos, iniuriam
Eumolpi aduocationemq; commendabam. Cum procu
rator inſulæ Bargates a cœna excitatus a duobus lectica
riis in mediam rixam perfertur, nam erat etiam pedibus
æger. Is vt rabioſa barbaraq; voce in ebrios fugitiuoſq;
diu perorauit, reſpiciens ad Eumolpum, O poetarum in
quit diſertiſſime tu eras, et non diſcedunt ocius nequiſ=
ſimi ſerui, manuſq; continent a rixa? Stante ergo vtraq;
acie, cum appareret futurum bellum, ægre expugnauit
gubernator, vt caduceatoris more Triphena inducias
faceret, data acceptaq; ex more patrio fide protendit ra
mum oliuæ a tutela nauigii raptum, atq; in colloquium
venire auſa.

Quis furor exclamat, pacem conuertis in arma?
Quid noſtræ meruere manus? non troius heros
Hac in claſſe vehit decepti pignus Atridæ:
Nec Medea furens fratris hoc ſanguine pugnat.
Sed contemptus amor vires habet. et mihi fata

Hos inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non eſt mors vna ſatis? ne vincite potum,
Gurgitibuſq; feris alios imponite fluctus.

Hæc vt turbato clamore mulier effudit, heſitq; pauliſꝑ acies, reuocatæq; ad pacem manus intermiſere bellum, vti ĩ pœnitẽtia ocaſione dux Eumolpo, et caſtigato antè vehementiſſime Licha tabulas fœderis ſignat. quis hęc formula erat. Ex tui animi ſententia Triphena neq; iiuriam tibi factã a Gytone quereris, neq; ſi quid ante hũc diem factum eſt ꝓbijcies, vindicabiſve, aut vllo alio genere perſequendum curabis. Et tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum nõ oſculum non coitum venere cõſtrictum. Pro qua re pręſentes numerabis C. denarios. Item Licha ex tui animi ſententia, vt tu Eumolpon, nec verbo contumelioſo inſequeris nec vultu, neq; quæres vbi nocte dormiat, aut ſi quæſieris, pro ſingulis iniuriis numerabis præſentes denarios ducentos. In hæc verba fœderibus compoſitis arma deponimus. Exornatur ergo cantibus totum nauigium. et quia repẽtina tranquillitas intermiſerat curſum, alius exultãs quęrebat fuſcinis piſces, alius hamis blandientibus compellebat pręde̅ repugnãtem. Ecce etiam per antemnam pelagi cõſedere volucres, quas textis arũdinibꝰ peritus artifex tetigit. illę viſcatis viminibꝰ deferebant̃ ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pennaſq; per inania iani ſpira torquebat. Iã Lichas redire mecũ in gratiã cœperat. Iã Triphena Gytona extrema parte potionis ſpargebat, cũ Eumolpꝰ et ipſe vino ſolutus dicta voluit in caluos ſtiginoſq; iaculari, donec conſumpta frigidiſſima vrbanitate rediit ad carmina ſua, cœpitq; ca-

pillorum ellegidarion dicere.

Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli,
  Vernanteſq; comas triſtis abegit hyems.
Nunc vmbra nudata ſua iam tempora mœrent.
  Areaq; attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura deum, quæ prima dediſti
  Aetatis noſtræ, gaudia prima rapis.

Infelix modo crinibus nitebas.
At nunc leuior ære vel retundo
Ridentes fugis et times puellas.
Phœbo pulchrior et ſorore Phœbi
Horti tulere quod cecauit vnda,
Vt mortem citius venire credas,
Scito iam capitis periſſe partem.

Plura volebat proferre, credo et ineptiora preteritis, cũ ancilla Triphena Gytona in partẽ nauis inferiorẽ ducit cornubioq; domine pueri adornat caput, imo ſupercilia etiã profert de pyxide, ſcitæq; iacturæ liniamẽta ſecuta totam illi formã ſuã reddidit. Agnouit Triphena verũ Gytona lachrimiſq; turbata tũc primũ bona fide puero baſium dedit. Cæterũ Eumolpos et piclitãtium aduocatus, & præſentis cõcordiæ auctor, ne ſileret ſine fabulis hilaritas, multa ĩ muliebrẽ leuitatẽ cœpit iactare, quam facile adamarẽt, q̃ cito etiã filiorum obliuiſcerẽtur, nullãq; eſſe fœminã tam pudicã, quæ non peregrina libidine vſq; ad furorẽ auerteretur. nec ſe tragœdias curare, aut noĩa ſeculis nota, ſed ſua memoria facta, quæ expoſiturum ſe eſſe ſi vellemus audire. Conuerſis oĩum in ſe vultibus auribuſq; ſic exorſ⁹ eſt. Matrona quedã ephe=

ſi tam notæ erat pudiciciæ. vt vicinarum quoq; gentium fœminas ad ſpectaculum ſui euocaret. Hec ergo cum virum extuliſſet, non cõtenta vulgari more funeris ſparſis proſequi crinibꝰ, aut nudatũ pectus in cõſpectu frequentię plangere, in conditoriũ etiam proſecuta eſt defunctũ poſitumq; in hyppogeo gręco more corpus cuſtodire ac flere totis noctibus diebuſq; cœpit. Sic afflictantẽ ſe, ac mortem inedia perſequentẽ nõ parentes potuerũt abducere, nõ propinqui, magiſtratꝰ vltimo repulſi abierunt, cõplorataq; ſingularis exempli fœmina ab oĩbus quintum iam diem ſe alimẽto ſubtrahebat. Aſſidebat ægræ lacrimas cõmendabat lugẽti, et poſitũ in monumẽto lumen renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat, ſolum videlicet affluxiſſe verę pudiciciæ amoriſq; exẽplũ omnis ordinis confitebantur. Cum interim imꝑator prouincię latrones iuſſit crucibus affigi, ſecundum illã caſulam in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cum miles qui crucẽ ſeruabat, ne quis ad ſepulturã corpꝰ detraheret, notaſſet ibi et lumem inter monumenta clarius fulgens, et gemitũ lugentis audiſſet, vitio gentis humanę concupiit ſcire quis aut quid faceret. deſcendit igitur in cõditoriũ, viſaq; pulcherrima muliere, primo quaſi quodã monſtro inferniſq; imaginibꝰ turbatus ſubſtitit, deinde vt et corpus iacentis conſpexit, et lacrimas conſyderauit, faciemq; vnguibꝰ ſectam, ratus ſcilicet id ꝙ erat, deſyderiũ extĩcti non poſſe fœminã pati, attulit in monumentum cęnulam ſuam, cœpitq; hortari lugentẽ ne perſeueraret in dolore, ſuperuacuo ac nihil ꝓfuturo gemitu pectus deduceret, oĩum eundẽ eſſe exitũ ſed et idem domicilium, et cętera quibꝰ exulceratę men

tes ad ſanitatē reuocant. At illa ignota conſolatione per
cuſſa lacerauit vęhementiꝰ pectus, ruptoſq; crines ſuper
pectus iacentis impoſuit. Non receſſit tamen miles; ſed
eadē exhortatione tēptauit dare mulierculę cibū, donec
ancilla vini certe ab eo odore corrupta primū porrexit
ad humanitatē iuitantis victā manū, deinde referta po=
tiōe et cibo expugnare cœpit dominę ꝑtinaciā. Et quid
proderit inquit hoc tibi. ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuā
ſepelieris? ſi anteq̄ fata poſcant indemnatum ſpiritum ef
fuderis? id cineres aut manes ſepultos credis ſētire? vis
tu reuiuiſcere? vis tu diſcuſſo muliebri errore q̄diu licue
rit lucis cōmodis frui, ipſum te iacentis corpus cōmoue=
re debet vt viuas. Nemo inuitus audit, cum cogitur aut
cibum ſumere aut viuere. itaq; mulier aliquot dierū ab=
ſtinentia ſicca, paſſa eſt frangi pertinatiam ſuā, nec mi=
nus auide ſe repleuit cibo q̄ ancilla quæ prior victa eſt.
Cęterum ſcitis ꝙ plęrunq; ſoleat tentare humanam ſatie
tatem, quibus blandiciis īpetrauit miles vt matrona vel
let viuere, iiſdem etiam pudiciciam eius aggreſſus. Nec
deformis aut infacundus iuuenis caſte videbatur, conci=
liante gratiam ancilla, ac ſubinde dicēte placito ne ēt pu
gnabis amori? nec venit in mentem quorum conſederis
aruis. Quid diutius moror? ne hanc quidē partem cor=
poris mulier abſtinuit, victorq; miles vtrumq; perſuaſit
Latuerunt ergo vna non tantum illa nocte qua nuptias
fecerunt, ſed poſtero ēt ac tertio die, præcluſis videlicet
conditorii foribus, vt ſi quis ex ignotis cognatiſq; ad mo
numentum veniſſet, putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri
pudiciſſimam vxorem. Cęterum delectatus miles et for
ma et ſecreto, quicquid boni per facultates poterat coe=

mebat,et prima ſtatim nocte in monumētū ferebat. Ita
que cruciati vnius parentes vt viderunt laxatā cuſtodiā,
detraxere nocte pēdentē,ſupremoq; mādauerūt officio
At miles circūſcriptus dum reſidet, vt poſtero die vidit
vnā ſine cadauere crucē, veritus ſuppliciū mulieri quod
accidiſſet exponit. nec ſe expectatuꝝ iudicis ſētētiā, ſed
gladio ius dicturū. ignauię ſuę. cōmodet ergo illa peritu
ro locum,et fatale conditoriū familiari ac viro faceret.
Mulier nō minꝰ miſericors q̄ pudica, nec iſtud dii ſināt,
vt eodem tempore duoꝝ mihi cariſſimoꝝ hominū duo
funera ſpectem. malo mortuū impendere, quam viuum
occidere. Secundū hanc orationem iubet ex arca corpus
mariti ſui tolli, et illi cruci quę vacabat affigi. Vſus eſt
milles īgenio prudētiſſimę fœminę. poſteroq; die popu
lus miratus eſt, qua rōne mortuus iſſet ad crucē. Riſu ex
cepe fabulā nautę, et erubeſcētē nō mediocriter triphe=
na vultū ſuum ſuper ceruicē Gytonis amabiliter poſuit.
At non Lichas riſit, ſed iratū cōmouēs caput, ſi iuſtus in
q̄t impator fuiſſet, debuit patriſfamilię corpꝰ in monu=
mentū referre, mulierē affigere cruci. Non dubie redie
rat in aīum edile, expilatūq; libidinoſa migratione naui
giū, ſed nec fœderis verba ꝑmittebā meminiſſe, nec hi=
laritas quę præoccupauerat mētes, dabat iracūdiæ locū
Cæteꝝ Triphena in gremio Gytonis poſita modo īple
bat oſculis pectus, interdū cōcernebat ſpoliatū crinibus
vultū. Multos inquit Eumolpꝰ iuuenes carmen decepit,
nam vt quiſq; verſū pedibꝰ inſtruxit, ſenſumq; tenerio
rem verboꝝ ambitu intexuit, putauit ſe continuo in he=
liconem veniſſe, ſic forenſibus miniſteriis exercitati fre
quenter ad carminis tranquillitatem tanq; ad portum

faciliorem refugerunt, credentes facilius poema extrui
poſſe, q̃ controuerſiam vmbrantibus ſententiolis pictã.
Cæterum neq; generoſior ſpiritus ſanitatem amat, neq;
cõcipere aut edere partũ mens põt, niſi ĩgenti flumine
literarum inundante. effugiendum eſt ab omni verbor
vt ita dicam vilitate, et ſumendæ voces a plebe ſummo
tæ, vt fiat odi profanum vulgus et arceo, præterea curã=
dum eſt ne ſententiæ emineant extra rationis modũ ex=
preſſæ, ſed intexto verſibus colore niteant. Homerꝰ te=
ſtis et lyrici romanuſq; Virgilius et Horatii curioſa feli
citas, cæteri autem aut non viderunt viam qua iretur ad
carmen, aut verſum timuerunt calcare. Ecce belli ciuilis
ĩngens opus quiſquis attigerit, niſi plenus literis ſub one
re labetur. non enim res geſtæ verſibus compræhenden
dæ ſunt, quod longe melius hiſtorici faciunt, ſed per am
bages deorumq; miniſteria et fabuloſum ſententiarum
tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus, vt potiꝰ fu
rentis vaticinatio appareat, q̃ religioſæ orationis ſub te
ſtibus fides iamq; ſi placet hic impetus, etiam ſi nondũ
recepit vltimam manum.

Orbem iam totum victor romanus habebat.
Qua mare qua terræ qua ſidus currit vtrunq;,
Nec ſatiatus erat, grauidis freta pulſa carinis,
Iam peragrabatur, ſi quis ſinus abditus vltra,
Si qua foret tellus quæ fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat, fatiſq; in triſtia bella paratis
Quærebantur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia, non vſu plebeia trita voluptas,
Ac ſpireum cum laudabat miles in vnda
Quæſitus tellure nitor certauerat oſtro.

Hinc numidæ acuſatius,illinc noua vellera ſeres,
Atq; arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce alię clades eliſę vulnera pacis.
Quęritur in ſiluis an reo fera,et vltimus hāmon
Affrorum excutitur,ne deſit bellua dente
Ad mortes precioſa fames,premit aduena claſſes
Tigris et aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
Heu pudet affari,perituraq; prodere fata,
Perſarum ritu male pubeſcentibus annis
Surripuere viros,exactaq; viſcera ferro
In venerem fugere,atq; vt fuga mobilis ęui
Circunſcripta mora properantes differat annos.
Quare ſe natam non inuenit,omnibus ergo
Scorta placent,factiq; eneruí corpore greſſus,
Et laxi crines,et tot noua nomina veſtis,
Queq; iure querit,ecce affris eruta terris
Citrea menſa,greges ſeruorum,aſtrumq; renidens
Ponitur,ac maculis imitatur vilibus aurum,
Quę ſenſum turbant hoſtile ac male nobile lignum
Turba ſepulta mero circunuenit,omniaq; orbis
Pręmia correptis miles vagus extruit armis.
Ingenioſa gula eſt.ſiculo ſcarus ęquore merſus
Ad menſam viuus perducitur,atq; lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchilia cœnas,
Vt renouent per damna famem.iam phaſidis vnda
Orbata eſt auibus,mutoq; in littore tantum
Solę deſertis aſpirant frondibus aurę.
Nec minor in campo furor eſt,emptiq; quirites
Ad pręđam ſtrepitumq; lucri ſuffragia vertunt.

Venalis populus, venalis curia patrum
Eſt fauor in pretio ſenibus quoq; libera virtus
Exciderat, ſparſiſq; opibus conuerſa poteſtas,
Ipſaq; maieſtas auro corrupta iacebat.
Pellitur a populo victus Cato triſtior ille eſt
Qui vicit faſceſq; pudet rapuiſſe Catoni.
Nanq; hoc dedecoris populo, morumq; ruina
Non homo pulſus erat, ſed in vno victa poteſtas,
Romanumq; decus. quare tam perdita roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda,
Præterea geminam depræenſam gurgite prædam
Fœneris illuuies vſuſq; exciderat æris.
Nulla eſt certa domus, nullum ſine pignore corpus.
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus erat.
Arma placent miſeris, detritaq; commoda luxu
Vulneribus reparantur. inops audacia tuta eſt.
Hoc merſant cœno romam ſomnoq; iacentem
Quæ poterant artes ſana ratione mouere,
Ni furor et bellum ferroq; exciſſa libido.
Tres tulerat fortuna duces, quos obruit omnis
Armorum ſtrue diuerſa feralis erynis.
Craſſum parthus habet, libyco iacet æquore Magnus.
Tertius ingratam perfugit ſanguine romam.
Et quaſi non poſſet tot tellus ferre ſepulchra,
Diuiſit cineres. hos gloria reddit honores.
Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu
Parthenopen inter magnæ dicharchidos arua
Cocyta perfuſus aqua, nam ſpiritus extra
Qui furit, effuſus funeſto ſpargitur æſtu.

Non hæc autumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite lætus ager, non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur.
Sed chaos & nigro ſquallentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circũtumulata cupreſſu.
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora
Buſtorum flammis & caũa ſparſa fauilla,
Ac tali volucrem fortunam voce laceſſit.
Rerum humanarum diuinarumq; poteſtas,
Quæ noua ſemper amas, et mox poſſeſſa relinquis
Ecquid romano ſentis te pondere victam?
Nec poſſe vlterius perituram extollere molem?
Ipſa ſuas vires odit romana iuuentus,
Et quas ſtruxit opes male ſuſtinet. aſpice late
Luxuriam ſpoliorum, et cenſum in damna furentem.
Aedificant auro, ſedeſq; ad ſydera mittunt.
Expelluntur aquæ ſaxis. mare naſcitur aruis.
Et permutata rerum ſtatione rebellant.
Et etiam mea regna petunt, perfoſſa dehiſcit
Mollibus inſanis tellus. iam montibus auſtris
Antra gemunt, et dum vanus lapis inuenit vſum,
Inferni manes cœlum ſperare fatentur.
Quare age fors muta pacatum in prę lia vultum,
Romanoſq; cie, ac noſtris da funera regnis.
Iam pridem nullo perfundimus ora cruore,
Nec mea Theſſiphonæ ſitientes perluit artus,
Et quo ſyllanus bibit enſis, & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.
Hæc vbi dicta dedit, dextræ coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem ſoluit hiatu.

Tunc fortuna leui deſudit pectore voces.
O genitor cui cocyti penetralia parent,
Si modo fas eſt mihi vera impune profari,
Vota mihi cedunt, nec enim minor ira rebellat,
Pectore in hoc, leuiorq; exurit flamma medullas.
Omniaq; tribui romanis arcibus odi.
Muneribuſq; meis iraſcor, deſtruat iſtas
Idem qui poſuit moles deus, et mihi cordi
Quippe cremare viros, et ſanguine paſcere luxum.
Cerno equidem gemina iam ſtrictos morte philippos,
Theſſaliæq; rogos, et funera gentis iberæ
Iam fragor armorum trepidantes perſonat auras
Et libye, cerno tua Nile gementia caſtra,
Actiacoſq; ſinus. et Apollinis arma timentes.
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum.
Atq; animas accerſe nouas. vix nauita protheus
Sufficiet ſimulacra virum traducere cymba,
Claſſe opus eſt. tuq; ingenti ſatiare ruina
Pallida Theſſiphone, conſciſaq; vulnera manda.
Ad ſtygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, cum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſoſq; abſcidit ignes.
Subſedit pater vmbrarum, gremioq; reductus
Telluris pauitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hominum venturaq; damna
Auſpiciis patuere deum, nanq; ore cruento
Deformis titubans vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos extinxit cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit rupta tonabant

Verticibus laſſis montis iuga, nec vaga paſſim
Fulmina per notas ibant morientia ripas,
Armorum ſtrepitu cælum furit, et tuba mortem
Sideribus armis acta ciet. iamq; ætna vocatur
Ignibus inſolitis, et in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos atq; oſſa arentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur.
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit,
Sanguineoq; recens deſcendit iupiter igne.
Hæc oſtenta breui ſoluit deus. exuit omnes
Quippe moras Cæſar, vindictæq; actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſubſtulit arma.
Alpibus aeriis. vbi graio nomine pulſo
Deſcendunt rupes. et ſe patiuntur adiri,
Eſt locus herculeis aris ſacer. hunc niue dura
Claudit hyems, canoq; ad ſidera vertice tollit.
Cælum illinc cecidiſſe putes, non ſolis aduſti
Manſueſcũt radii, non verni temporis aura,
Sed glacie concreta rigens hyemiſq; pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.
Hęc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto.
Orauitq; locum ſummo de vertice montis.
Heſperiæ campos latæ proſpexit, et ambas
Intentans cum voce manus ad ſydera dixit.
Iupiter omnipotens, et tu ſaturnia tellus
Armis læta meis, olimq; onerata triumphis,
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere martem
Inuitas me ferre manus, ſed vulnere cogor
Pulſus ab vrbe mea, dom rhenum ſanguine vinco.
Dum gallos iterum capitolia noſtra petentes

Alpibus excludo. vincendo certior exul.
Sanguine germano ſexagintaq; triumphis
Eſſe nocens cœpi. quāquam quos gloria terret
Aut qui ſunt qui bella vident? mercedibus emptæ
Ac viles opere, quorum eſt mea roma nouerca,
Vt reor haud impune nec hanc ſine vindice dextrā
Vinciet ignauus. victores ite ferentes
Ite mei comites, et cauſam diſcite ferro.
Nanq; omnes vnum crimen vocat. omnibus vna
Impendet clades, reddenda eſt gratia vobis,
Non ſolus vici. quare? quia pœna tropheis.
Imminet, et ſordes meruit victoria noſtra.
Iudice fortuna cadat alea. ſumite bellum.
Et tantate manus. certe mea cauſa peracta eſt.
Inter tot fortes armatus neſcio vinci.
Hæc vbi perſonuit de cælo delphicus ales
Omnia læta dedit, pepulitq; e mentibus auras.
Necnon horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolita voces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitor phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato præcinxit fulgure vultus,
Fortior ominibus mouit mauortia ſigna
Cæſar et inſolito greſſus prior occupat auſus.
Prima quidem glaties, & cana iuncta pruina
Non pugnauit humus, mitiq; quieuit honore.
Sed poſtquam turmæ nimbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit,
Incaluere niues, mox fulmina montibus altis
Vndabant modo nata, ſed hæc quoq; miſſa putares.
Stabat victa fluctus ſtupuere pruina,

Et paulo ante lues iam concidenda iacebat.
Tum vero malefida prius veſtigia luſit,
Decepitq; pedes paſſim turmæq; viriq;
Armaq; coniecta ſtrue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concuſſæ flamine nubes
Exonerebantur, nec rupti turbine venti.
Deerant, ac tumida cōfractum grandine cœlum.
Ipſæ iam nubes ruptæ ſuper arma cadebant,
Et concreta gelu ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti tellus niue, victaq; cæli
Sydera, victa ſuis hærentia flumina ripis,
Nondum Cæſar erat, ſed magnā nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
Qualis caucaſea decurrens arduus arce
Amphitryoniades, aut toruo iuppiter ore
Cum ſe verticibus magni demiſit olympi,
Et periturorum deiecit tela gigantum,
Dum Cæſar tumidas iratus deprimit arces.
Interea volucer motis conterrita pennis
Fama volat, ſummiq; petit iuga celſa palati,
Atq; hæc romano tonitōn ferit omnia ſigna,
Iam claſſes fluitate mare totaſq; per alpes
Feruere germano perfuſas ſanguine turmas.
Arma, cruor, cædes, incendia, totaq; bella
Ante oculos volitant ergo pulſata tumultu
Pectora, perq; duas ſcinduntur territa cauſas.
Huic fuga per terras, illi magis vnda probatur,
Et patriæ eſt pontus, et iam timor eſt magis arma
Qui tentata velit, fatiſq; iubentibus acti
Quantum quiſq; timet, tantum fugit, ocyor ipſe.

Hos inter motus populus miſerabile viſu
Quo mens icta iubet deſerta ducitur vrbe.
Gaudet roma fuga, debellatiq; quirites
Rumoris ſonitu mœrentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet, ille penates penates
Occultat gremio, deploratumq; relinquit
Limen, et abſentem votis interficit hoſtem.
Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant,
Grandęuoſq; patres oneris ignara iuuentus
Id pro quo metuit tantum trahit, omnia ſecum
Hinc vehit imprudens prædamq; in prælia ducit.
Ac velut ex alto cum magnus inhorruit auſter,
Et pulſas euertit aquas, non arma miniſtris
Non regimen prodeſt, ligat alter pondera pinus,
Alter tuta ſinu tranquillaq; littora quęrit,
Hic dat vela fugæ, fortunæq; omnia credit.
Quid tam parua quęror? gemino cum conſule, Magn⁹,
Magnus Ille tremor ponti, ſæuiq; repertor hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus modo, quem ter ouantem
Iupiter horruerat, quem fracto gurgite pontus,
Et veneratus erat ſummiſſa boſphoros vnda.
Proh pudor imperii deſerto nomine fugit,
Vt fortuna leuis Magni quoq; terga videret,
Ergo tanta lues diuum quoq; numina vidit,
Conſenſitq; fugæ cœli timor. ecce per orbem
Mitis turba deum terras exoſa furentis
Deſerit atq; hominum damnatum auertitur agmen.
Pax prima ante alias niueos pulſata lacertos
Abſcondit galea victum caput, atq; relicto
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.

Huic comes it ſyncæra fides,et crine ſoluto
Iuſtitia,ac mœrens lacera concordia palla.
At contra ſedes herebi qua rupta dehiſcit,
Emergit latę Ditis chorus,horrida erynis
Et Bellona minax,facibuſq; armata Megera.
Lethumq;,inſidiæq;,et lurida mortis imago.
Quas inter furor abruptis ceu liber habenis
Sanguineum late tollit caput,oraq; mille
Vulneribus confoſſa cruenta caſſide vellat.
Hęret detritus leuæ mauortius vmbo
Innumerabilibus tęlis grauis,atq; flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra deos,mutataq; ſydera pondus
Quęſiuere ſuum.nanq; omnis regia cœli
In partes deducta ruit,primumq; Dione
Cęſaris acta ſui ducit,comes additur illi
Pallas,et ingentem quatiens Mauortius haſtam,
Magnaq; cum Phœbo ſoror et cyllennia proles
Excipit,ac totis ſimilis Tirinthius actis.
Intremuere tubę,ac ſciſſo diſcordia crine
Extulit ad Superos ſtygium caput.huius in ore
Concretus ſanguis,contuſaq; lumina flebant.
Stabant irati ſcabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens,obſeſſa draconibus ora.
Atq; inter toto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Hęc vt cocyti tenebras et tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis appennini,
Vnde omnes terras atq; omnia littora poſſet
Aſpicere,ac toto fluitantes orbe cateruas,

Atq; has erupit furibundo pectore voces.
Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma,
Sumite, et in medias imittite lampadas vrbes.
Vincetur quicunq; latet. non fœmina ceſſet,
Non puer, aut æuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat tellus, lacerataq; tecta rebellent.
Tu legem Marcelle tene, tu concute plebem
Curio, tu fortem neu ſupprime Lentule martem.
Quid porro tu diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis?
Theſauroſq; rapis? neſcis tu Magne tueri
Romanas acies, epidauria mœnia quære,
Theſſalicoſq; ſinus humano ſanguine tinge.
Factum eſt in terris quicquid diſcordia iuſſit.

Cum hęc Eumolpus ingenti volubilitate effudiſſet, tandē Crotona venimꝰ. vbi quidem paruo diuerſorio refecti, poſtero die ampliori fortitudine domum quęrentes incidimus i turbam hęredipetaꝝ ſciſcitantium quid genus hominū, aut vnde veniremꝰ. Ex pręſcripto ergo cōſilii cōis exaggerata verborum volubilitate vnde aut q eſſemꝰ haud dubie credentibus indicauimꝰ. Procedētibus demū longius, rogaui ancillam vt platea noua duceret dominam. placuit ancillæ conſilium. itaq; collegit altius tunicam, flexitq; ſe i cadophona qui ambitioni hęrebat. nec diu morata dominā perducit latebris. lateriq; meo applicat mulierem omnibꝰ ſimulachris emēdatiorem. Nulla vox eſt quę formam eius poſſit compręhēdere, nam quicquid dixero minus erit. Crines ingenio ſuo flexi ꝑ totos ſe humeros effuderant frons minima, et quę radices capillorū retro flexerat. et ſupercilia vſq;

ad malarum ſcripturā currentia,et fuſus cōfinio luminū
pene permixta,oculi clariores ſtellis extra lunā fulgen=
tib⁹,nares paululū inflexæ,& oſculum quale Praxiteles
habere Dianam credidit. Iam mentum. iam ceruix. iā
manus,iam pedum candor intra auri gracile vinculū po
ſitus parium marmor extinxerat.Itaq; tunc primū Do
rida vetus amator contempſi.

Quid factum eſt quod tu proiectis Iupiter armis
Inter cœlicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torua ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma crines diſſimulare tuos.
Hæc vera eſt Danae,tanta modo tangere corpus
Iam tua flammifero membra calore fluent.

¶Delectata illa riſit tam blandū,vt videretur mihi ple
num os extra nubem luna proferre,mox digitis guber=
nantibus vocem,ſi non faſtidis inquit fœminam orna=
tam,& hoc primū anno virum expertam,cōcilio tibi o
iuuenis ſororem habet,et tu quidē fratrē,neq;.n.me pi=
guit quęrere,ſed quid prohibet et ſororē adoptare? eo=
dem gradu venio,tu tamen dignare et meum oſculū cū
libuerit cognoſcere.Imo i quam ego per formam tuam
te rogo,ne faſtidias hominem peregrinum inter culto=
res admittere,inuenies religioſum ſi te adorari permiſe
ris. ac ne me iudices ad hoc templum gratis accedere,
dono tibi fratrem meum.Quid ni inquit illa donas eū,
ſine quo non potes viuere,ex cuius oſculo pendes,quem
ſic tu amas,quemadmodum ego te volo.Hęc ipſa cum
diceret,tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam
dulcis ſonus pertentabat aera,vt putares inter aures ca=
nere ſirenum concordiam. Itaq; miranti,et toto mihi

clari⁹ cęlo neſcio q̃d relucente, libuit nomē deę quęrere. Ita inquit non dixi tibi ancilla mea Circen me vocari ſ non ſum quidē ſolis progenies, nec mea mater dum placet, labentis mundi curſum detinui, habeo tamē quod cęlo imputem, ſi non fata coniunxerunt. Imo iam neſcio quid tacitis cogitationibus deus agit. nec ſine cauſa belleno nece amat. ſed inter hęc nomina magna fax ſurgit. Sume ergo amplexum ſi placet. neq; eſt quod curioſum aliquem extimeſcas longe ab hoc loco frater eſt. Dixit hęc Circe, implicitumq; brachiis mollioribus pluma deduxit in terram vario gramine indutam.

Idæ quales fudit de vertice flores
Terra parens, cum ſe confeſſo vinxit amori
Iupiter, et toto concepit pectore flammas,
Emicuere roſæ, ridetq; et molle ciperon,
Albaq; de viridi riſerunt lilia prato.
Talis humus venerem molles clamauit in herbas.

In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis quęrentes voluptatem robuſtam.

Nocte ſoporifera veluti cum ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſaq; protulit aurum
In lucem tellus, verſat manus improba furtum
Theſauroſq; rapit, ſudor quoq; proluit ora,
Candidiorq; dies ſecreto fauit amori,
Et mentem timor altus habet, ne forte grauatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem,
Veraq; forma redit, animus quod perdidit optat,
Atq; in præterita ſe totus imagine verſat.

Cubiculũ aũt meũ chryſis intrauit, codicilloſq; mihi do

minæ ſuæ reddit,in quibus hęc erant ſcripta. Si libidinoſa eſſem,quererer decepta.nũc & gratias lãgori ago in vmbra voluptatis diuti⁹ luſi.q̃d tamen agas quæro, et an tuis pedibus perueneris domũ.negãt.n.medici ſine neruis poſſe ire. Narrabo tibi adoleſcẽs,paralyſim caue.nũq̃ ęgrum tã magno periculo vidi.mediuſfidius iã periſti.q̃d ſi idem frigus genua manuſq; tentauerit tuas licet ad tubicines mittas. Quid ergo eſt? et ſi grauem iniuriã accepi,homini tã miſero nõ inuideo medicinam. Si vis ſan⁹ eẽ,Gytona rogo.recipies inq̃ neruos tuos,ſi triduo ſine fratre dormieris.nã q̃ ad me attinet non timeo ne quis inueniatur,cui nõ minus placeam.nec ſpeculũ mihi,nec fama mentitur. Vt intellexit Chriſis me perlegiſſe totũ cõuitiũ,ſolent inquit fieri,et præcipue in hac ciuitate,in qua mulieres etiam lunã deducunt.Itaq; hui⁹ quoq; rei cura agitur reſcribe blandius dominæ aium cãdida humanitate reſtitue. Verum.n.fatendum ex qua hora iniuriam accepit,apud ſe non eſt.Libenter q̃ dẽ parui ãcillę,verbaq; codicilis talia impoſui Olienos Circæ ſalutem.Fateor domina me ſæpe peccaſſe.nam et homo ſum,et adhuc iuuenis.nunq̃ tamen ante hũc diem vſq; ad mortẽ deliqui.habe inquam confitentem reum.quicquid iuſſeris merui. p̃ditionẽ feci,homines occidi,templum violaui. in hæc facinora quære ſuppliciũ ſiue occidere placet, ferro meo venio. ſiue verberibus contenta es,curro nudus ad dominam. Id tantum memento nõn me ſed inſtrumenta peccaſſe.paratus miles arma non habui.quis hæc turbauerit neſcio .forſitan animus anteceſſerit morã corporis,forſitan dum omni concupiſco voluptatem tempore,conſumpſi,non inue

nio quod feci. Paralyſim tamen cauere iubes, tanquam maior fieri poſſit, quæ abſtulit mihi per quod etiam rē habere potui. Summa tamen excuſatiōis meæ hæc eſt. placebo tibi, ſi me culpam emendare dimiſeris.

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat vmbras,
Et baccis redimita daphne, tremulæq; cupreſſus.
Et circuntonſæ trepidenti vertice pinus
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumens et querulo vexabat rore lapillos.
Dignus amore locus. teſtis ſiluester Iaſdon.
Atq; vrbana progne. quæ circum gramina fuſe
Ac moles violas. cantu ſua rura colebat.

Fremebat illa reſoluta marmoreis ciuibus aureum torum, myrtoq; floranti quietum verberabat. Itaq; vt me vidit paululū erubuit, heſternæ ſcilicet iniuriæ memor deinde vt remotis omnibus ſecundū inuitantem cōſedi ramum ſuper oculos meos poſuit. & quaſi pariete interiecto audacior facta, quid īquit paralytice, et quid hodie totus veniſti? rogas inquam ergo potius quam tēptas? totoq; corpore in amplexum eius immiſſus, non precantis vſq; ad ſatietatem oſculis fruor. Quod ſolum igitur ſaluo pudore poteram cōtingere, langorem putaui, conditusq; lecticulo totum ignem furoris in eam conuerti, quæ mihi omnium ve malorum cauſa fuerat.

Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior colliculi repente thyrſo
Ferrum timui, quod trepido dabat male vſum.
Nec iam poteram, quod modo conficere libebat.
Namq; illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in viſcera mille operta rugis.

Iam non potui ſupplicio caput aperire
Sed furci feræ mortifero timore luſis
Ad verba magis quæ poterant nocere fugi.
Erectus igitur in cubitũ, ac fere oratione vexaui contu=
macẽ. quid dicis inq̃ oium hominũ deorumq; pudor?
nam ne nominare quidem te inter res ſerias fas eſt. hoc
de te merui, vt me in cælo poſitũ ad inferos traheres?
Illa ſolo fixos oculos diuerſa tenebat.
Nec magis incerto vultus ſermone mouetur.
Quam lentæ ſalices laſſoue papauera collo,
Nec minus ego tam fœda obiurgatiõe finita poenitẽtiã
agere ſermonis mei cœpi, ſecretoq; rubore ꝑfundi ꝙ o
blitꝰ verecundiæ meæ tũ ea ꝑte corporis verba cõtulerĩ
quã ne ad cognitionẽ quidẽ admittere ſeuerioris notæ
hoies ſolẽt. Mox ꝑfricata diutiꝰ fronte, q̃d aũt ego inq̃
mali feci, ſi dolorẽ meũ natali cõuitio exoneraui? aut q̃d
eſt ꝙ in corpore humano ventri maledicere ſolemꝰ aut
gulę capitiq; etiam cum ſæpius dolet. quid? nũ vt Vly=
xes cum corde litigat ſuo?
Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?
Damnatiſq; nouæ ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet.
Quodq; facit populus candida linga refert,
Nam quis concubitus veneris quis gaudia neſcit?
Quis petit in tepido membra calore thoro?
Ipſe pater veri doctus Epirus in arce.
Iuſſit, et hanc vitam dixit habere deos.
Hac declamatiõe finita Gytona voco; & narra mihi inq̃
frater, ſed eã ſi de ea nocte, q̃ te mihi Aſcyltos ſubdu=
xit vſq; iniuriã vigilauit? an contẽtꝰ fuit vidua pudicaq;

nocte? Tetigit puer oculos ſuos. conceptiſq; iurauit verbis ſibi ab Aſcylto nullã vim factam, poſitoq; in limine genu ſic deprecatur ſua victima verſu.

Nympharum Bacchiq; comes, quem pulchra Dione
Diuitibus ſiluis numen dedit, inclyta paret
Cui leſos viridiſq; thaſos, quem lydus adorat
Septifluus, templumq; tuis imponit hipeplis.
Huc ades, et Bachi tutor dryadumq; voluptas,
Sed timidas admitte preces. non ſanguine triſti
Perfuſus venio, non templis impius hoſtis
Admoui dextram, ſed inops et rebus egenis
Attritus, facinus non toto corpore feci
Quiſquis inops peccat minor eſt reus. hac prece quæſo
Exonera mentem, culpęq; ignoſce minori.
Et quandoq; mihi fortunæ arriſerit hora,
Non ſine honore tuum patiar decus. ibit ad aras,
Corniger et querulę fetus ſuis hoſtia lactens,
Spumabat pateris hornus liquor, et ter ouantem
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

Cum hæc ago, ſolertiq; cura depoſito meo caueo, intrauit delubrum anus laceratis crinibus atraq; veſte deformis, extraq; veſtibulum me iniecta manu duxit, ac me iterum in cellam ſacerdotis nihil recuſantem perduxit, impulitq; ſupra lectum, et arundinem rapuit oſtio, iterũq; nihil reſpondentem mulctauit, ac niſi primo quaſſata arundo impetum verberantis minuiſſet, forſitan etiã brachia mea caputq; fregiſſet. Ingemui ego vtiq; propter maſcarpionem, lachrimiſq; vbertim manantibꝰ obſcuratum dextra caput ſuper puluinar inclinaui. Nec minus illa fletu confuſa altera perte lectuli ſedit, ætatiſq;

longe moram tremulis vocibus cœpit accuſare. Interue
nit ſacerdos, quid uos inquit in cellam meam tanq̄ ante
recens buſtum veniſtis? O inquit Genotra hunc adoleſ
centem quem vides malo aſtro natus eſt. nanq; neq; pue
ro puella bona ſua vendere poteſt. ad ſummam qualem
putas eſſe, qui de Circes thoro ſine voluptate ſurrexit?

Quidquid in orbe vides paret mihi. florida tellus
Cum volo ſpiſſatis areſcit languida ſuccis,
Cum volo fundit aquas ſcopulis, atq; horrida ſaxa
Niliades iaculantur aquas. mihi pontus inertes
Summittit fluctus, zephiriq; tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina parent.
Hircanæq; tigres, iuſſi et ſeruire dracones.
Quid leuiora loquar? lunæ deſcendit imago
Carminibus deducta meis, trepiduſq; furentes
Flectere phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. taurorum flamma quieſcit
Virgineis extincta ſacris. phœbeia Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlyxis
Protheus eſſe ſolet quidquid libet his ego callens
Artibus idæos frutices in gurgite ſiſtam,
Et rurſus fluuios in ſummo vertice ponam.

Inhorrui ergo tali fabulatione conterritus, anumq; dili=
gentius inſpicere incœpi. Ergo Genotra exclamat impe
rio parā te mox incincta quadrato pallio cucumam ingē
tem foco appoſuit, deterſiſq; curioſe manibus inclinauit
ſe in lectum, ac me ſemel iterumq; baſiauit, ſimulq; pan=
num de carnario detulit furca, in quo faba erat ad vſū re
poſita. Vt ſoluit ergo licio pannū, partē leguminis ſuper
menſam effugit, iuſſitq; me diligenter purgare. Seruio

ego impio,granaq; ſordidiſſimis putaminibꝰ veſtita cũ riosa manu ſegrego. At illa iertiã meã accuſãs iprobat, tollit,dentibuſq; folliculos perite ſpoliat,atq; in terram veluti muſcarũ imagines deſpuit. Mirabile quidẽ pauꝑtatis igenium,ſingularẽq; rerum quaſdam artes.

Indum non fulgebat ebur quod inhęſerat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra
Muneribus deluſa ſuis.ſed crate ſaligna
Impoſitum cereris vacuæ nemus,et noua terræ
Pocula,quæ facili vilis rota fixerat actu.
Hinc molliſcille latus,et de candice lento
Vimineæ lances, maculataq; teſta lyæo,
Et paries circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoq; luto clauus numerabat agreſtes,
Et viridi iunco gracilis pendebat arundo.
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Conſeruabat opes humilis caſa mitia ſeruo
Inter adoratas pendebat texta coronas
Et timbræ veteres,et paſſis ima racemis.
Qualis in actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecates,quam muſa loquentibus annis
Bacciñeas veteres viuendo tradidit æuo.

Tum illa carnis etiã paululũ delibat,et dum coæquale natalium ſuorum ſynciput in carnarium furca reponit, fracta eſt putris ſella,quę ſtaturę altitudinem adiecerat, anumq; pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit, frangit ergo ceruix cucumæ,ignemq; cõualeſcentem reſtinguit,atq; totam faciem excitato funere perfugit. Conſurrexi equidem turbatus,anumq; non ſine riſu erexi.

Itaq; ad caſæ oſtiolũ proceſſi,& ecce anſeres ſacri impetũ in me faciunt,fœdeq; ac veluti rabioſo ſtridore circũſiſtunt trepidantẽ.atq; alius tunicam meam lacerat alius vincula calciamẽtorum reſoluit ac trahit,vnus etiã dux ac magiſter ſęuicię non dubitauit crus meum ſerrato vexare morſu.Oblitus itaq; nugarum pedem menſulæ extorſi,cœpiq; pugnaciſſimum animal armata elidere manu.nec ſatiatus defunctorio ictu morte me anſeris vindicaui.

Tales herculea ſtymphalydas arte coactas
Ad cœlum fugiſſe reor.peneq; fluentes
Harpyias,cum furtiuo maduere veneno
Fallaces epulæ.tremuit perterritus ęther
Planctibus inſolitis,confuſaq; regia cœli.

Cũ protuli anſerẽ,anus vt vidit tã magnũ æque ſuſtulit clamorem,vt putares iterum anſeres limen intraſſe.cõfuſus itaq; et nouitate facinoris attonitꝰ quęrebam quid excanduiſſet,aut q̃a anſeris potius q̃ mei miſereretur. At illa comploſis manibus ſcelerate inquit et loqueris? neſcius q̃ magnum flagitium admiſiſti.Occidiſti Priapi delitias anſerẽ oĩbus matronis acceptiſſimũ.Itaq; ne te putes nihil egiſſe,ſi magiſtratꝰ hoc ſcierit,ibi crucem polluiſti ſanguine domicilium meum inuiolatum.feciſti vt me quiſquis voluerit inimicus ſacerdotio pellat.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio,
Vxorem ducat Danaen,ipſumq; licebit
Acriſium iubeat credere quod Danaen.
Carmina componat,declamet [illegible]

Et peragat cauſas, ſitq; Catone prior,
Iuriſconſultus paret non paret habeſto.
Atq; eſto quidquid Seruius et Labeo.
Multa loquor, quid vis nummis præſentibus opta,
Et veniet. clauſum poſſidet arca Iouem.

τελοσ

Hęc ad exemplar, quod vnicū habuim⁹ excuſa ſūt, q̄ſq; pro ſuo arbitrio. & eruditione, quod ſibi diſplicet, reſti tuat. Pariſiis pridie. Cal. maias. Anno. M. D. xx.